

témoigne avoir cru que la prose, qu'il cite néanmoins quelquefois sous le faux nom de Frédégo, était l'ouvrage de Thierry, comme l'est la versification. C'est, au reste, ce qui ne se peut soutenir, puisque la

A Vie en prose a été faite avant les ravages des Normands, et, par conséquent, plus de deux cents ans avant Thierry.

FRAGMENTA VITÆ METRICÆ S. AUDIOENI

A THEODORICO SCRIPTÆ.

(Apud P. du Moustier, *Neustria pia*, p. 23, 24, 72, 73, 346 et 347.)

I.

Prologus ad Nicolaum avoatem S. Audioeni.
 Patri sincero, tranquilla pace sereno,
 Patri preclaro, virtutum flore beato
 Abbatii sancto THEODERICUS NICOLAO,
 Commissi curam gregis, ut dat virga figuram,
 Qua trahis imbellies, procul expellendo rebelles.
 En quæ mandasti : vel quæ scribenda rogasti;
 De sancta sancti vita, meritisque heati
 Præsulii AUDIOENI; proprio pro posse peregi.
 Nam prius insulsam volui referre repulsam,
 Atque licet dignam nostru de carmine rugain,
 Quam trahit invidia de nare notata recurva :
 Quam tua, vel fratrum non irem jussa peractum.
 Unde tuum in commune bonum summissius oro,
 Ut quæ transcripsi, vel sub brevitate notavi,
 Cum majora, mea non ausit adire camœna :
 Te defendente, teneantur : teque jubente,
 Auctorizentur, serventur, et attulentur (1).
 Sit mea laus, merces, quam scripsi vita superstes,
 Sit profecisse, tua jussa, Pater, subiisse :
 Ut te siderci capiat sedes paradisi.
 Insuper oro tuam præ cunctis nobilitatem :
 Ut quæ damnari possunt, vel jure notari,
 Emendanda prius decernas, quam legat ullus,
 Nam vix tantillum valui componere scriptum,
 Pluribus intentatus, quæ mundi concitat actus :
 Quare per proprie non servans singula quæque,
 Sublatis propriis sum verbis usus ineptis.
 Sed tamen hic patriam merentur adire supernam :
 Atque videre Deum, sibi consociatus in ænum :
 Qui leget et vitam scriptori poscet avitam :
 In qua cum superis laudas, Pater inclyte, sanctis,
 Audioene, Deum, mare, terras, astra regentem.

II.

B. Audioensis reliquias S. Marculfi transfert.
 Contigit hinc autem quod et idem tempore quodam
 Ad Constantini transiret munia pagi
 Æternæ cunctis præbens documenta salutis,
 Cui Bernuinus abbas multum reverendus,

(1) Plis annuens votis Nicolaus abbas, haec imprecationis verba reliquit, in presenteum ms. codicem surantes, vel dilacerantes : *Ego Nicolaus abbas, omnisque congregatio mihi credita, æternaliter excommunicamus et anathematizamus quemcumque*

B Obvius accessit hilaris, secumque recepit,
 Ipsi congauidens, et præsule digna rependens,
 Dicens : « Præsul, ave, meritorum munere clare,
 Unum te petimus, quod sis conferre paratus
 Nec decet ut renuas, vel sola voce recases ;
 Sed dignare piis cunctorum cedere votis :
 Ut pariter nostri Patris, nostrique patroni
 Marculphi membra jubeas hinc esse inovenda. »
 Post hæc vir sanctus cunctorum vota secutus,
 Reliquias sanctas, alias facit esse ferendas,
 Primas majorem præsumens ferre laborem :
 Nam levat a terra, simul et cervice remissa,
 Transvehit ad thecam geminis auroque politam,
 In quam dum posuit, abbatii protinus inquit :
 « Reliquias nobis de corpore ferre licebit,
 C Ejus, quo memorem nobis celebremus honorem ; »
 Abbas e contra solerter reddidit ista.
 « Non nego digne Pater, verum, concedo libenter,
 Et tua quod querit devotio, ferre licebit. »
 Cumque voluntaret animo, caput ut sibi ferret,
 Coelitus immissam meruit sibi sumero chartam,
 In qua scriptura, scripti quoque rara litura,
 Ille mandata glabat, quæ sacra voce notabat :
 « Ne caput altrectes, nec de cervice sequestres, »
 Unde tibi cumque capiens, quod queris, habere.

III.

De fundatione monasterii Crucis S. Lenfredi.
 Dum vero senio multo consecutus, et ævo,
 Dignus perpetuo sacer Audioenus honore,
 Villas et vicos, lustraret, et oppida, pagos :
 Nec veheretur equo, verum resideret in alto
 Curru, non per se jam præsumens equitare :
 Fixerunt gressum divino numine fixum,
 Nec poterant fixi currunt divellere muli :
 Aurigæ stimulis instantæ, et verbere mulis,
 Percutiunt, lacerant, stimulant, nimiumque coar-
 [ctant,
 Impingunt omnes, nil prorsus proficientes.
 Sed Domini servus rerum novitale coactus,
 Visus ad superi retulit spectacula cœli :

hunc librum ab hoc monasterio Sancti Petri apostoli, sanctique Audioeni, archiepiscopi, quolibet modo abstraserit, sive dolo, sive furto vel latrocino. Et qui has litteras deleverit, vel folium inciderit, æternæ subjaceat maledictioni. Amen. Fiat.

Quo crucis almissuum meruit cognoscere signum,
In quo percepit, cur sic animalia fixa,
Sistant, quidve ferat, vel talis fixio poscat.
Tunc circumposcieus, et plurima mente revolvens,
Advocat agricolam sibi, quem prope cernit arantem
De cuius stimulo, signo crucis effigiato,
Reliquis positis infixit humo, atque recessit.
At sacer ille locus, *Audoeni Crux* vocatur,
In quo mirantur virtutes, atque patrantur,
Præcipue primum, quo contigit esse sacramentum.
Non postquam geminis mundum nox vestit alis,
Multi flammivoniam subito videre columnam;

A Quse fulgore sui superabat lumen Phoebi.
O Domini pietas, Domini miranda potestas!
Quam bene sublimat, vel quæ disponit, opimat!
Namque locus pridem non cultus, visitur idem,
Atque frequentatur, colitur, Dominoque sacratur,
In quo leprosis curatio, lumen et orbis,
Surdis ac mutis reparantur dona salutis.
Tunc ibi salvificæ crucis, atque Dei sub honore,
Et patris Audoeni, vitæ meritis reverendi,
Fundatur templum Leutfredi rebus adiectum:
In quo sanctorum disponitur ordo virorum,
Et Regi regum famulantur nunc: et in ævum.

ANNO DOMINI MXX.

GUIDO ABBAS FARFENSIS.

NOTITIA HISTÓRICA.

(FABRIC. *Bibliotheca mediæ et infimæ latinitatis*, III, 130.)

Circa annum 1093 vixit Guido monachus atque inde post Hugonem abbas Farfensis cœnobii beatae Virginis in agro Acutiano in Sabinis, in ducatu Spoletino ordinis Benedicti, cui libri duo *De usu et ordine ad ornandam Ecclesiam catholicam, nec non ad conservandam regularis tramitis normam in cœnobia Farfensi ex duobus mss. Vaticano et monasterii S. Pauli Romæ, editi sunt in Benedicotorum e congregatione S. Blasii in Silva-Nigra, præclara Sylloge veterum monumentorum cui titulus: Vetus disciplina monastica.* Paris. 1726, 4°, pag. 37-132.

GUIDONIS DISCIPLINA FARFENSIS

ET

MONASTERII S. PAULI ROMÆ.

MONITUM.

Farfense monasterium in Sabinis in ducatu Spoletano, a monie Acutianum dictum, agente Hugo abbatte sub fine x saeculi Cluniacensium consuetudines recepit. Cuius rei seriem descriptam habet Annalium Bened. tom. IV, pag. 120 et 206. Haec vero consuetudines, etsi cum editis Udalrici libris apud Dacherium Spicil. tom. I novæ editionis in nonnullis consentiant, multa tamen continent quæ apud eundem auctorem desiderantur, et singulare observatione digna sunt. In priori libro divina ordinantur officia: in posteriori regularis disciplina explicatur. In iis Concordiae regularum et traditionis Hildemari mentio fit. Propterea quod Cluniacensium usus ex Capitulis sancti Benedicti Anianensis, qui Concordiam illam edidit, desumpti sunt. Describitur Farfensis monasterii structura, agitur de mensura vestimentorum, professione monastica, abbatis benedictione, oblatione puerorum, atque de aliis rebus scitu dignissimis. Eadem pars consuetudines ab Odone Cluniacensi in monasterium Sancti Pauli Romæ illatae, et post eum jussu Agapiti PP. a monachis Gorziensibus ibidem firmatae fuerunt. Asservantur hodieque dictæ consuetudines in veteri codice monasterii Sancti Pauli in Urbe, et in alio ms. codice olim Farfensi, nunc Vaticano, sub hoc titulo: *Incipit perfectus usus sive iordao ad ornandam Ecclesiam catholicam, nec non ad conservandam regularis tramitis normam in cœnobia beatæ Mariæ semper virginis in agro Acutiano compitus.* Ex quibus duobus mss. Joan. Mabillon, exemplum descripsi curavit, quod vir humanissimus D. Viuentius Thullierius et ejusdem museo mihi concessit. Cæterum etsi consuetudines istæ a Cluniacensibus sumptue sint, primis